Demetr. de elocut. § 141 Sapph. fragmt.

p. Neue pag 78 fragmt 68.

Operam perdiderit qui ista, Φέρεις οἶνον et reliquas certum ad metrum conetur redigere. Nam non est in vini nomine haerendum: convivia vespere celebrata non raro ad auroram trahebantur, unde haec quoque laetitia a vespere afferri, ab Aurora demi dicitur. Sed Caselius profert ὄϊν, quod probant Is. Voss. ad Catull p. 153. Schneiderus, Volger. Blomfield. propter vicinitatem caprae; veteris tamen lectionis patrocinium suscepit Barthius Adversar. p. 282.

Demetr de elocut. § 146 habet fragmt Sapphonis

πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Excellens ut cantor Lesbius inter alienigenas.

πέρροχος est περίοχος, potestate par usitatiori vocabulo ὑπέροχος cf. etiam Neue ad fragmt 21.

Haec autem, ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος, omnem gentem ornant ut musica arte ceteris praestantem, neque est unus aliquis eligendus, ut Alcaeum notari putant Ursinus et Volgerus.

Eadem est vis proverbii μετὰ Λέσβιον ᾠδόν, de eo frequentari soliti, qui in musica arte secundam locum obtinet.

„Vesper, qui omnia affers, quae lucida dissipavit Aurora,

Affers vinum, affers capreum,

affers matri filium.“